Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26044
Copyright: Admont, Benediktinerstift

caro percepisset athalaricus eo quod paganus esset multos ex eis suppliciis affecit. quos arriani
primoribus uenantur. Non multo post gothis iam uniti se pacatis. Hunorum gens horribilis. tamquam .M.
ex incubis et meretricibus ut Iordanis refert originem trahens. ducatu ceruę dome
otydis paludibus egressa fortissimam gentem gothorum. cum rege suo Hermanarico. in .M.
tantum terruit ut prefatus rex. qui multas ante nationes domuerat. tanti huius gentis hor
rore quam inflicto sibi a quodam milite suo fraudulenter uulnere c. et x. annorum mortuus
sit. Ostrogothorum regem hunc fuisse scribit Iordanis. Duo enim regna gothos habuisse quorum
unum Wisegothorum. aliud Ostrogothorum prefatus scriptor. qui et ipse gothus erat comme
morat. Post mortem hermanarici fracti animo gothi rursus ad Valentem mittunt
locum habitationis petunt. Quibus Valens in trachiis habitare concessit. Porro
dum exodio et inuidia uicinorum incredibili fame laborarent uocati a quodam
duce dolo ad conuiuium. insidias primo precauentes. ipsos qui eos inuitauerant
sternunt. Post tota terra igne ferroque depopulata usque diffunduntur. Contra quos Va
lens ab antyochia procinctum mouens. sera penitentia ductus catholicos ab
exilio reuocari iubet episcopos. Ipse tamen a perfidia sua propter ius iurandum non recessit.
Pugna in trachia conserta. Valens dum romanus fugatur exercitus. imperator sagitta sauciatus
in quandam uillulę casa fugiens latitare uoluit. Quem insequentes gothi an
no imperii sui xv. post mortem uero fratris sui iiii. cum casa pariter incendunt. Iusto iudi
cio dei id factum creditur. ut qui eos ueram fidem petentes igne perfidie accenderat
ipse ab eis materiali accensus communi quoque sepultura careret. XVIII.
Anno ab incarnatione domini ccc.lxxx.iiii. Gratianus xl. ab augusto. imperium quod cum Valente ante habuit
cum Valentiniano fratre obtinuit. Qui rei publice subuenire uolens. Theodosium nati
one hyspanum. fortem ac religiosum militem apud Sirmium purpura indutum im
peratorem orientis fecit. Huius diebus synodus secunda. c.l. episcoporum. sub damaso papa. ad
uersus macedonium et Sabellium. quorum prior spiritum sanctum per filium factum dicebat. Al
ter uero sine personarum discretione eundem patrem quem et filium esse asserebat. in urbe
regia congregatur. dampnatisque et anathematizatis simul cum arriana heresi he
resibus fides confirmatur catholica. Theodosius uero tanta uirtute quanta prudentia go
thorum gentes deuicit. fedeque cum athalarico rege eorum inito ipsum ad se con
stantinopolim uocauit. Quo cum uenisset athalaricus diem ultimum clausit. Go
thorum uero gentes uirtutem et mansuetudinem principis uidentes. romanorum se sub
diderunt imperio. Theodosius archadium filium suum socium imperii legit. Interea maximus